

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gasparis Megandri Tigvrini, In epistolam Pauli ad Ephesios co[m]mentarius**

**Megander, Kaspar**

**Basileae, 1534**

**VD16 G 3485**

Omnibvs Verbi ministris in agro Bernensi pacem à deo Megander precatur plurimam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36069**

## O M N I B V S V E R B I

ministris in agro Bernensi pacem

à deo Megander precatur

plurimam.



V V M iam dudum charissimi fratres, in Ephesianis annotationibus ædendis nos uobis obligauerimus: uerebar ne non satisfactum esset uobis, nisi pollicita præstitissem. Et quia commentationes nostras, in Galatarum epistolam multis non ingratias fuisse accepimus, adeò ut & eas, quas in Ephesiorum literas scripsimus efflagitaretis: mei officij esse ratus sum, datam fidem præstare. Proinde charissimi fratres, annotationes nostras in Ephesios quemadmodū promisimus, exhibemus nūc: easq; uobis dedicamus nō eò, quod summam in illis

A 2 Theolo

## 4 E P I S T O L A.

gīx arceī (est enim meo iuditio hæc  
Pauli epistola omnium profundissi-  
ma) collocemus; sed ut illam lecturis  
occasionem, uiamqe cogitandi am-  
pliorem faceremus. Cæterum quem-  
admodum huc usque semper, ita &  
heīc admonemus, ut uos qui alios do-  
cendi munus suscepistis, linguis operā  
detis & scripture fontibus uos ingurgi-  
tetis. Nam per omnia ex commenta-  
rijs sapere, quid aliud est, quām ex ho-  
minum lacunis (qui per ignorantiam  
aut labi, aut per inanem gloriam deci-  
pi possunt aquam haurire? Nolumus  
tamen heīc omnia commentaria disua-  
fisse. Ut tamē à prolixis dehortamur,  
ita succinctiora commendamus cuius-  
cunqt tandem sint, siue ueterū, siue re-  
centiorū. Qua de re quia Rhellicanus  
frater noster, in epistola istius operis fi-  
ni adiecta, fusiū ex professo scribit,  
isthuc

E P I S T O L A .      5

isthuc te relegans, finem facio. Ne igi  
tur uel hisce nostris commentationi-  
bus, uel aliorum prorsus dediti sitis, ro-  
go, & oro uos fratres in Christo dile-  
cti, sed ut ἀντιενδικον τὸ δόγμα, id est, iusta

pro methodo ad scripturæ sacræ

lectionem pro tempore illis

utamini. Valete ex Ber-

na x viii Aprilis,

Anno M. D. xxxiiii.

A 3 In